UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

Tanner, Adam

Ingolstadii, 1626

Synopsis Totivs Operis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72856

Visual Library

manciparem; ſed libere in veritatis inueſtigandæ, ac tuendæ ſtudium incumberem; firmiora ſolidioraque deligendo: qualia quidem vt plurimum ſunt illa, quæ à S. Thoma docentur; quem etiam velut peculiarem Doctorem ſequi in Conſtitutionibus noſtris iubemur; non ita tamen, quin aliquando ab ipſo recedere liceat, ſi veritas alibi potius inueniatur. Interim diuerſa à me ſentientes, ea modeſtia refero & refello, vt nec perſonis ipſis, nec earum opinationibus, quantum res patitur, authoritatis quidquam adimam. Quare, vti neminem exiſtimo iure offendi poſſe; ita equidem ipſe etiam ægre laturus non ſum (quod alibi quoque ſum teſtatus) ſi quis ſuum iudicium ſecutus, diuerſam à me ſententiam voluerit amplecti. Vigeat modo charitas, & vincat veritas; de cætero lector quiſquis es, tuo arbitratu libere ſtatue; Deumque pro me precatus, bene vale.

SYNOPSIS TOTIVS OPERIS.

VT vero Lector præ oculis habeat totius operis ſtructuram: ecce Synopſin.

In primo tomo continentur Diſputationes ſex.

I. De ipſa ſacræ Theologiæ ſcientiâ. II. De Deo, & Attributis diuinis. III. De Prouidentia, ac Prædeſtinatione diuina. IV. De Sanctiſſima Trinitate diuinarum perſonarum. V. De Angelis. VI. De creatione mundi corporei, tam cæleſtis, quam ſublunaris; adeoque de opificio ſex dierum.

In ſecundo tomo continentur Diſputationes ſex.

I. De vltimo fine ac beatitudine hominis. II. De Actibus humanis in genere. III. De Habitibus & virtutibus in genere. IV. De Vitiis & peccatis in genere. V. De Legibus. VI. De Diuina gratia.

In tertio tomo continentur Diſputationes ſex.

I. De Fide. II. De Spe, & Charitate. III. De Prudentia, Fortitudine, Temperantia, ac Virtutibus annexis. IV. De Iuſtitia & Iure. V. De Partibus potentialibus Iuſtitiæ in genere; ac ſpeciatim de Virtute Religionis, eiusque actibus, & oppoſitis vitiis. VI. De cæteris Virtutibus Iuſtitiæ annexis, & oppoſitis vitiis; deque variis hominum ſtatibus.

In quarto tomo continentur Diſputationes octo.

I. De Incarnatione Verbi. II. De Oeconomia Verbi, ſeu præcipuis myſteriis, vitæ, paſſionis, mortis, & glorificationis Chriſti; deque eius aduentu ad Iudicium; ac ſtatu mundi, & animarum poſt iudicium. III. De Sacramentis in genere. IV. De Sacramento Baptiſmi & Confirmationis. V. De Sacramento Euchariſtiæ, & Sacrificio Miſſæ. VI. De Sacramento Pœnitentiæ, Indulgentiis, & Cenſuris. VII. De Sacramento Extremæ Vnctionis, & Ordinis. VIII. De Sacramento Matrimonii.

FACVL-